



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

6 de quibusda[m] aliis Diuina[n]di generibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

- 5 Homicida Iulii Caesaris remunerandi.
- 6 Iudicium capitale per sortis. & 7.
- 8 Iudicia facta per sortis in lege diuina.
- 9 Sortium & urna antiquorum iudicia gentilium.
- 10 Sortitia & delectus Senatorum Augusti.
- 11 Equus centum miliaria in uno die faciens sorte datus.
- 12 Sortitione delecti ad penam milites, & sacerdotes idolorum.
- 13 Sorte magistratus Veneti electi.
- 14 Sortiti iudices qui, & subfortiti.
- 15 Sortes cuiuscunque generis interdicta Christianis, & quando permittit.

Videtur fortium vsus quodammodo inter adiphora constitui, vt & modus & finis, ratione cuius sortes mituntur, distinctionem facere videantur. Nam si sine superflitione iactantur, & pro dirimendis dubiis rerum eiusdem priuilegii & fauoris concurrentibus, interdum in iure permittit videntur. **¶** Veluti in tribus iudiciis, communi diuidendo, familiarum circundae, finium regundorum: in quibus vtriusque litigatoris pars causa est, & is qui prius egerit, actor vel petitor dicitur, *in tribus, de iud. in P. l. 2. §. si. com. diui. l. inter coheredes. §. qui familia. fam. ercisc. in P. l. iudicium. fin. reg.* Si tamen ambo litigantium ad iudicem simul prouocauerint, sorte iudicium dirimendum est, quis eorum partes auctoris sustinebit, *l. sed cum ambo, de iud. in P. §. ¶* Pari modo, si optio legato relicta fuerat rerum plurium legataro, qui ante optionem pluribus heredibus relicta decesserit, iique conuenire non possint in re eligenda sorte, electio & optio vni ex illis adiudicatur, *l. si duobus, C. comm. de lega. §. optionis, de leg. ap. Insti.*

¶ Quando etiam heredes aequis partibus instituti, non possunt inter se conuenire apud quem illorum remaneant cautiones hereditariae, quas vulgus dicit documenta hereditatis, sortiri ea de re eos oportere placuit, vel ex consensu & suffragio eligere amicum, apud quem deponantur, *l. si qua sunt cautiones. famul. er. c. in P. §. ¶* Narrat Appianus, 2. de bell. ciuil. post mortem Iulii Caesaris, cum essent discrepantes sententiae in senatu de remunerandis interfectoibus sortes tradendas postulatam fuisse.

¶ Scribit & in commentariis belli Gallici Caesar, lib. 1. M. Valerium captum ab Ariouisto, sortium beneficio liberatum, eo quod se praesente terf. erit consaltum sortibus: vtrum igni statim necaretur, an in aliud tempus referretur. Vti de possim vs etiam colligere, apud gentiles & sorte dirempta fuisse aliquando iudicia.

¶ Veluti & consentit historia Hester, c. 3. Assyriis etiam morem hunc aliquando fuisse: siquidem inibi relatum est, praepositum Assueri regis Assyriorum Amanum, sortes in vnam misisse, quae illis Phur dicebatur, pro die diceret: da vniuersalis Iudaeorum interitus. **¶** Distributa partes terrae Israelicis per sortis, *Num. 33. Josu. 18. Josu. 18. 5. antiq. ca. 3.* Missis sortibus iudicatum peccatum Ionae, 1. Sortibus quoque detectus, qui ex anathemate sustulerat. *Josu. 7. vt & isdem Ionae praeparatio, 1. Reg. 14. c. 1. 2. 6.*

¶ His electus in Apostolum D. Matthias, *Actuum, 1. Expli. cat. P. Victorius, li. 25. var. de cl. ca. 15.* sortitendi consuetudinem, & vsus antiquum ex vna: quando immittentur situlae vel hydricae cum aqua, & sortes, id est, tabellae quaedam diuersae materiae, quae significationem certam habebant, & inde postea quod prius capiebatur, iudicium constituebat, vt in Cassina Plautus indicat, vbi senem illum virginis amatorum, postquam id quod cupiebat a terao impetrare non potuit, inducit ita loquentem, sortique totam rem committentem.

*Intra abi, atque altitium uxorem euoca, ante ades cito,
Et situlam huc afferro cum aqua, & sortis.*

Docet & Paulianus, in Messenia aliquando quoque sortes extra fuisse factas, cum agit de diuisione agri Messenii concupita a Cresphonte contra Aristodemum fratris filium. **¶** Octavianus alio sortitendi modo vsus est: cum enim senatus contemneretur propter numerum nimium, eumque vellet restringere primum delectum ex omnibus triginta optimorum senatorum fecit, eosque iureiurando ad actos iussit singulis quinque virorum nomina scribere, ita tamen vt nec cognatos suos in hos referrent. Dehinc ex hac quinatio vnum sorte delegit, & sic elegit triginta, auctore Dione Cassio, lib. 54. hist. Sic probus Caesar, dum adhuc dux solum esset, teste Flanio Vopisco, in eius vita. sorte in vnam missa iussit equum praestantem, centum miliaria in die facientem, captum ex Alanis, militi cui fors ex vna contigerat dari.

¶ Iulius Caesar, apud Dionem, lib. 41. sorte ad mortem seditiosos delegit, audacissimos quoque: ita enim eos composuerat,

vt illi sorte notarentur. Legimus & per sortes aliud insigne iudicium apud Nicephorum Galii, li. 14. hist. eccl. c. 18. & apud Socratem, lib. ii. hist. tripar. cap. 8. cum enim Persae idololatrae, ignem & elementa adorantes, animaduertent Idigerem regem, Marutham Mesopotamiae episcopum Romanorum honore summo venerari, veriti ne is rex cum amicitia, vna etiam Christianorum legem amplecteretur. Magi sacerdotes fraudem commenti sunt, atque in cubiculo, vbi perpetuus ignis allertuabatur, quem ibi ex consuetudine rex adorabat, subitus teriam astere hominem infoderunt, qui veluti ignis loqueretur, regem vt impium exire debere diceret, quod tanto tempore episcopus Christianum, Deo carum ratus, amaret. Quo audito, rex existimans oraculum ab igne redditum, Marutham a se reuenter reiciendi consilium cepit. Quo admonitis Marutha, regem etiam admonuit, vt ad ignem rediens, vnde audierat vocem, fodere iuberet, dolum detecturus vocis humane, non ignis qui res inanimata est: quod cum fecisset, rex, inuenit ibi hominem in fossam, & delecto dolo magis poena addecimauit, & Marutha vbi velle, ecclesiam struendi dedit facultatem. Narrat & Suetonius de Augusto cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo paulite. Et Linius quoque, 2. ab urbe cond. eandem ob causam exercitum decimatum ab Appio Claudio consule ait.

¶ Ex delectis magistratus quoque sortibus apud Venetos, *l. 1. ligi ex vna. docet Contarenus, li. 1. de repu. Venet.*

¶ Et alibi idipsum vsurpatum ait Panormitanus, in ca. si. de sort. leg. Erant & iudices ex equitum ordine Romae per sortes electi, praetore vnam mouente: etsi qui ex illis reiciebantur, iterum subfortiebantur alii in eorum locum, vt constat ex oratione Ciceronis in Pisonem, & Alconio Paediano in diuinationem Cicer. Inde dicitur & hodie retento nomine Restorum, a praefico illo fortiendi iudices more. Cornelius Tacitus quoque libro de moribus Germanorum refert, religionem Suetoniorum, vnam fuisse sacris sortibus Ofindis & Ildis, & exputata frugifera virgines sacerdotes diuinasse, Sortitum, inquit, consuetudo simplex virgam frugifera arboris decimas, in surculos compuant, eosque notis quibusdam discretos: super candidam vestem temere ac sortitum spargunt: *Max. si publice consultum sacerdos curatis: si priuatum, se per patrem familias, precatus deos, ca. vna quae sufficiens ter singulos tollit, & sublatos secundum praemissam notam interpretatur, &c. ¶* Quibus & similibus exemplis aliqui sibi persuadent, sortibus vti non esse improbum: falluntur tamen, & aberrant toto caelo, vt dicitur, totaque via dum nulla adhibita distinctione boni & mali, & sortium & casualium in vniuersum & promiscue sortes in omnibus recipiunt, cum tamen illae praehibeantur, non exemplo Matthias, & ca. non statim, 2. 6. q. 2. ca. si. de sort. li. 5. Decretal. Quocirca & antequam ad sortium iudicium perueniatur, diligenti par est: si plures admitti velint ad idem, vel ad eundem actum gerendum, vel si circa aliud concurrant, quod non nisi vni vel saltem non omnibus, concedi potest: num id qui concurrunt distideat in facto vel in iure. Si factum controuertatur, & probatione indigeat, illud sortitio iudicio non committetur: quia dicenti incumbit onus probandi, *l. 2. de probat. in P. l. actor, C. no. in l. qui accusare, de ead. C. lros, C. de rei vind. Quod si de iure controuertatur, id est, de eo quod iure certum non est, rursus distinguunt interpretes: an quaestio controuersa alterius contineat praedictum, an eorum qui controuertant tantum. Atque in primo capite, iudex ad tertium alterius petitionem cuius interest, iudicare potest controuertentes de eadem re conuenite, & forti committere inter se negotium: ne tertius, qui vnica actione tenetur, vel experitur, cogatur pluribus respondere, vel contra plures agere, *l. h. u. smodi, §. 6. §. si. de le. 1. l. cum filius, §. varius, de le. 2. l. nemo ex iis qui negant, 4. §. quoties de regul. iur. sic. intelligenda glo. singular. in hac tractat. l. vni, in ver. prohibebit, in si. vti possit, lib. 8. C. in. 6. In secundo autem casu, si dissidentium tantum interest, & de potiori causa in qua illi iure ceuetur, nec interest tertii alterius pro re vel de facto iuris ambigui, vtriusque praeponderante ratione: siquidem neuter forti velit rem committere, se mutuo impediunt, vt in l. 2. §. si quib. mod. vsus amitt. P. & in l. quoriam, de vsu. in P. Sin autem alter illorum velit, tunc iudex alterum coget, & ita intelligendum patam, *l. si duobus, C. cum de lega. & similes.***

De quibusdam aliis Diuinandi generibus.
Cap. 6.

- 1 Engastrymitis, & Ventriloquus vates qui.
- 2 Diminationis species, & virgarum diuinatio, & num. 3. 4. 5. 6.

